



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Ioannis Andreae Copensteinii, Ordinis Prædicatorum  
Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ  
Calvino-Catecheticæ**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Moguntiaë, 1626**

Ad Qvæst. XXXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35247**

2. Multa rectè fiunt, quæ tamen præcepta non sunt: vt seruare Virginitatem: Dare omnia pauperibus: orare flexis genibus; Euchariſtiam ieiune ſumere: initiari Sacris: creari in Doctorem. &c. abſtinere à vino, vt Rechabita.

V. *An fuerit uſitata in primitiua Eccleſia?*

**M**INISTER hagiomachus de hoc ſilet; ceteri Lutherocaluiniſtæ diſſentiunt. 1. Melanch. in apol. Conf. 4. 21. ignoratam ait fuiſſe ante Gregorium ſub annum 600: 2. Kemnicus ad Sefs. 22. poſt S. Auguſtinum ſæculo quinto: Autoremque inuocandi Deiparam eſſe Petrum Gnaphæum hæreticum in ſæculo quinto.

**R**ESPONDEO. At Sanctos inuocarunt ipſi; docuerunt inuocandos; ac teſtati ſunt, rectè ſemper cultos & inuocatos eſſe antiquiſſimi Patres. In ſæculo 1. S. Iacobus Apoſtulus in *Liturgia*: præfertim ſalutationem Angelicam. Sæculo 2. Iuſtinus *Queſt.* 28. & in *Apologia ſecunda*. In ſæculo 3. Origenes in *Threnis*, in *Iob*. 1. 2. & *hom.* 16. in *Ioſuam*. Eulebius 1. 6. cap. 5. S. Cyprianus *lib.* 3. *epiſt.* 15. 18. Sæculo 4. Neſtarius Conſtanti-nop. in *orat. de S. Theodoro*. S. Ephræm *ſerm. de S. Martyribus*. S. Athanaſius *de Incarn.* Et in *Euang. de Deipara*. Baſilius *orat. in 40. mart.* Prudentius in *hymno S. Lauren.* S. Gregorius *Nazi. Orat. in Cyprianum*: & *orat. de S. Baſilio*. Gregorius Nyſſ. *ora. de S. Theodoro*. S. Ambroſ. *lib. de uidiis*. S. Hieronymus *epiſt.* 27. c. 14. S. Chryſoſtomus *hom.* 26. in *1. Corinth.* Atqui hi omnes antiquiores ſunt S. Auguſtino. Item ipſe S. Auguſtinus *lib. Medir.* 6. 24. 40. & 1. 7. *de Baptiſmo contra Pelag.* c. 1. inuocat S. Cyprianum. *lib.* 22. *Ciuit.* c. 8. Refert miracula de inuocatis. Et iſtis longe poſterior fuit S. Gregorius Papa.

VI. *An Cælites res, precesque noſtras nesciant?*

**M**INISTER hagiomachus ſilet; ſolum Mortuos appellat Sanctos: *Eccl.* 9. *Mortui uero nihil no-uerunt amplius.* *Iob.* 14. *Si uo nobiles fuerint filij eius, ſiue ignobiles; non intellegit.* *Ma.* 63. *Abraham nesciuit nos, & Iſrael ignorauit nos.* At uero *DEVS*, 3. *Reg.* 8. *Tu*

*neſti ſolus cor omnium.* Ergo inuocandus ſolus; non alij.

**R**ESPONDEO. 1. Angeli norunt preces noſtras: *Tob.* 12. 12. *Pœnitentiam noſtram internam; quia gaudent ſuper peccatore.* & c. *Luc.* 15. *Cultum Deo præſtitum,* *Pla.* 137. *In conſpectu Angelorum pſallam.* *Habitu mulierum,* *1. Cor.* 11. *Ideo debet mulier uelamen habere ſuper caput propter Angelos.* Ergo & Sancti pariter. 1. *Quia,* *Luc.* 20. *Similes Angelis in ſtatu beatitatis.* Ecce *Apoc.* 5. *Seniores XIV. ceciderunt coram Agno, habentes citharas, & phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum.*

2. *Quia: Sancti in cælis ſunt perfectiores Sanctis in terris: at hi cognoscunt arcana cordium: Vt,* *1. Reg.* 9. *Samuel, quæ erant in corde Saulis.* *Elifeus,* *4. Reg.* 5. *abſentis Giezi auaritiã;* & *4. Reg.* 6. *ſecreta Regis Syriæ: Daniel, cap. 2. ſomnium Nabuchi: Petrus, Actor. 5. occultam fraudem Ananiæ.* Ergo Sancti in patria non erunt deterioris conditionis, quam ſancti in exilio. Ita S. Aug. 1. 22. *Ciuit.* c. 29.

**R**atio: *Quia Amicus amico ſua manifeſtat; at ſancti ſunt amici Dei,* *Ioan.* 15. *Et in Deo diſtincte uident creaturas ut in quo reſucent omnes, & omnia.*

**R**ESPONDEO II. ad autoritates. Eæ loquuntur de mortuis Vet. Teſt. qui non erant in ſtatu beatitudinis; ſed in tenebris, inque ignorantia rerum orbis huius: Secus Beati N. T. Plura in meo *Lutherocaluiniſta: inq. Nucleo Concionum de Sanctis ſub ſinem.*

AD QVÆST. XXXI.

**M**INISTER hic Myſteriomachus ait: 1. Nullum eſt aliud ſacrificium propitiatorium Corporis & Sanguinis Chriſti; niſi Cruentum in cruce. *Id ſecit SEMEL,* *Heb.* 7. & 9. *Per proprium Sanguinem ingreſſus eſt ſemel.* & c. *1. Pet.* 3. *Semel paſſus eſt.*

2. Diſtinctionem Cruenti & Incruenti Sacrificij qua miſſæ abominatio tegitur, reſutat Apoſtulus, *Heb.* 9. *Absq. ſanguinis effuſione non ſit remiſſio: Mors intercedat neceſſe eſt. Vbi eſt peccatorum remiſſio, non eſt amplius Oblatio pro peccato.* Ergo eſt vnicum cruentum. Implicatque, Miſſam eſſe Sacrificium incruentum; qua Filius Dei conculeatur, iterum crucifigitur. &c.

S. Patres ubi meminerunt Incruenti Sacrificij, de Spirituali hoſtia ſunt intelligendi, deque memoria cruenti excitanda, 3. **MINI-**



3. MINISTER, Ecclesiomachus & ἀκίφαλος: sit: ait que: S. Scriptura nullum agnoscit Caput Ecclesie, nisi Christum. Ephes. 1. 4. 5. Col. 1. Neque corporalis præsentia Christi est necessaria Ecclesie; quippe Corpori πολιτικῷ, Μουσικῷ, πνευματικῷ. Magnum est hoc mysterium, inter Christum & Ecclesiam.

4. Ascendens Christus instituit regimen mystici Corporis, iuxta Eph. 4. 11. non Monarchicum, non Præmaturum: Hoc erant vicij, & ceteri Apostoli, ait Cypri. Ideo Vnit. Eccl. quod fuit Petri, pari consorcio præditi & honorati & Potestatis. Hieronymus in Gal. 2. sub Persona Pauli: In nullo sum illo inferior: quia ab uno DEO sumus in Mysterio ordinati. Omnes sumus Fratres, Consecuti, Socij, Commilitones, cooperarii. Augustinum vocat etiam Papam Hieronymus epist. 11. 13. 14. &c. Et Papa significat Patrem, ac Patres sunt & Episcopi. Quare titulos Papæ tribui solitos reuicimus ut eius proprios.

5. Si Papa est Caput Ecclesie, ergo Ecclesia erit Corpus Papæ, et responsa Papæ: erit aliquando ἀκίφαλος, ut fuit, ex quo cecidit, cecidit Babylon. Apo. 14. cum Cleus rex: Ecclesiam post Fabianum: Aliquando πολιτικῷ: semper ἀκίφαλος habebit Caput in cælo, alterum in terra.

Esse dicatur Christus Principale Caput, Papa Ministeriale; Capitis est regere corpus non ei ministrare. Beo Stapleronus ait, Papam esse caput externum cum in cæno Capite Christo: Bellarminus verò ait, Papam esse Caput cum Christo: Et Fieri non posse sine miraculo, ut vnus homo solus totam perse regat Ecclesiam: Ergo aut est Caput miraculosum; aut regere orbem non potest. Idcirco Veteres Patres Romano Papæ abiudicant Monarchiam: Cyprian. August. &c.

Ex quibus elicio ista ποίηματα: I. Ecclesia Caput est Christus SOLVS: Cyp. 11. Omnes Episcopi, Presbyteri, Diaconi sunt Apostolorum ex quo successores: Hieron. 111. Sunt eiusdem honoris, meriti, sacerdotij, potestatis: Cyprian. Greg. 11. Nomen, Patriarchæ Vniuersalis, est Antichristicum, diabolicum. &c. Greg. 6. Papa Romanus non est Caput Ecclesie Vniuersalis. VI. Non est successor Petri, vel Apostolorum. VII. Non Monarcha omnium, Iudex. VIII. Arrogans id sibi, est Antichristicus, diabolicus. &c. IX. Morienam potius, quam hoc nomen Papa Romano tribuere.

RESPONDEO AD I. Iterata Christi morte nil opus, ea docent Scripturæ, postquam, Hebr. 9. Vna oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos: adeo vis infinita est Sacrificij in cruce: At verò est opus, tum vt tanti memores beneficij simus; tum vt eius fructus nobis in particulari applicetur. Id quod fit per fidem, sacramenta, prædicationem; & incruentum sa-

crificium frequentatum: Sicut igitur post sacrificium crucis necessaria sunt fides, sacramenta, &c. Sic & Sacrificia, ad illud tum representandum memoriæ, tum participandum. Itaque falsum est Assumptum: Missam autem esse verè sacrificium Propitiatorium docui in meo Bellarminiano Luthero-caluinista p. 3. q. 76. Inq. Antichristo par. 3. q. 28.

AD II. 1. Sacrificio opus est aliquo; Cruentum verò iterari nequit; utpote Vnum semel: ceu dictum: At nullum fuit, estque aliud, quam Incruentum. Ergo. Vide in Luthero-calui. par. 3. q. 70. Apostolus autem loquitur de sacrificio Vet. legis. Vnde addit ibidem, Omnia pene in sanguine SECVNDVM LEGEM mundantur.

2. Si retorqueo. Nulla fit remissio peccatorum sine sanguine fuso: At in fide iustificante non est effusio sanguinis: ergo ne remissio pec.

3. Nisi in cruce fudisset sanguinem Christus, nulla fuisset remissio in V. aut Nouo Testam. Remissio tamen ea applicabatur pijs in V. T. per cruenta sacrificia: in Nouo per incruentum. Quare Missa non implicat contradictorium, vt fingit Mysteriomastyx.

S. Patres verò, quos allegat de Missæ sacrificio incruento scripserunt; quod ad aram ipsi patrarunt: ipsos igitur malus malè intelligit de spiritali oblatione: De quo vide in Luthero-calui. p. 3. q. 69. ad 4.

AD III. Scriptura facta agnoscit Christum Caput Ecclesie visibile, dum eam institueret ac regeret, Visibile: item Eundem eiusdem Inuisibile deus & pater post ascensionem. Et de hoc Eph. 1. 4. 5. Col. 1. Arque huius præsentia nil opus Ecclesie est Visibili ac Monarchicæ; non merè πολιτικῷ, etsi μουσικῷ, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia; non vt legit Ecclesiomastyx Minister, inter Christum & Ecclesiam. De Capite Christo in Luthero-calui. part. 1. q. 70. & p. 2. q. 3. & in Antichristo part. 1. quæst. 20.

AD IV. Regimen Ecclesie Christus instituit Monarchicum, ipseque rexit; regendumque sic reliquit Petro. Neque enim semel institutum intercidit; cum perennare debuit; neque mutatum est à quoquam unquam. Vide Luthe- ro-calui. p. 2. q. 3. 4.

d

S. Patres



S. Patres igitur sicubi seu Apostolorum inter sese, siue Sacerdotij Ordinum, ac graduum paritatem loquuntur; id intelligunt semper *secundum quid*, non absolute; salua disparitate Ordinum, & officiorum, & sua cuiusque proprietate, ac ab alijs distinctione, cum mutua subordinatione.

De nomine *Papa*, quoad officium Sacerdotij, commune est; quoad Iurisdictionis excellentiam, proprium Romani est Episcopi ex Vsu. De eo, alijs synonymis vide in *Luthero-caluo. p. 2. q. 13.*

AD V. Et verò Ecclesia est Corpus & Sponsa Capitis Christi, quoad internum gratiarum influxum à Christo dimanantem; at quoad externam gubernationem, est ea & Christi, & Papæ Corpus ac Sponsa: Christi quidem primario, & propria virtute; Papæ autem secundario, & virtute participata.

Proinde nunquam esse *ἀνιψάλειν* potest, etiam Rom. Clero vices Papæ supplente. Neque *πολυψάλειν*; quia in omni schismate semper unus fuit, esse debet Papa legitimus. *ἀνιψάλειν* verò quod esse semper dici queat, verum est; sed sub primario Capite Christo inuisibili, & secundario Papa Visibili: Sic quisque dici biceps, aut triceps potest, vt vxor. Atque ita Bellarminus & Stapletonus nil pugnant, diuerso sensu, atque respectu.

Nec absurdum est, dici Papam *Caput miraculosum*; ab regiminis Vniuersalis miraculo scilicet; non ab persona sua: vt miracula patrans sanctus dici miraculosus potest à factis, non à persona. Sed Papam astyx meus isto fit nugator triualis.

Quos recitat S. Patres abiudicare Monarchiam Papæ; ijdem eam Papæ semper tribuerunt ipso facto & scriptis, apud *Bellarmino de Pontif. l. 2. cap. 12. vsq. ad 31.*

Demum quæ elicitis *πολιτείας*, id est, excogitata seu corollaria; digna sunt te Porista quaestioso, inuenta lucro Ministrali. Atque ea præclare docuisse videris; sed tibi; idque thra-sonicis. Sat verborum.

## AD QVÆST. XXXII.

Cur verò tu Christianus appellaris?

CALVINVS passim inter appellationis causas tribuit primas Fidei, internæque Vnctioni. Vt *Inst. l. 2. c. 15. §. 5. Quod Regis sui fortitudine iuuisti stant Fideles, non immerito dicuntur Christiani: velut vncti Spiritu. A fide autem Fideles dictos vult primas deferre fidei; & quidem SOLI Inst. 3. cap. 11. §. 19. & c. 17 §. 10. A deo, vt morte præreptos baptismo infantes fide saluari fingat, Inst. l. 4. c. 16. §. 26.*

MINISTER & Catecheticus respondent: 1. *Quod per Fidem membrum sum Christi. Ecce Adde, & Baptismum. Quod non improbat quidem: Speciatim tamen, ait, de Fide dicit Scriptura; quod Christus per Fidem habitas in cordibus nostris.*

2. Officium Christiani est, pugnare contra quæuis peccata, *Rom. 6. 12.* S. Scriptura autem non agnoscit distinctionem Papisticam inter pec. mort. & ven. Omne peccatum ex sua natura & merito, coram Deo, est mortale. Suadet Scripturis. Dein, definitione; *ἡ ἀμαρτία ἔστιν ἡ ἀρετή. Iam, Deut. 27. Maledictus omnis, qui non permanet in OMNIBVS quæ scripta sunt in libro Legis, vt ea faciat.* Demum, testimoniis Romanorum, Rosensis, Vasquez, Bellar.

Quocirca Definitio peccati ven. est rejicienda, quod sit venia dignum.

3. Parochus ait: *Filii sumus; ira, autem quisque, an gratia, nemo scit: Sicut & viuumne, an mortuum sit membrum. Quæ hæc nona Theologia est? Quæ hæc impietas? Suetetque diuersior ex Ephes. 1. 5. Gal. 4. 7. Rom. 8. 17. Aequè fallum est, viuum an mortuum sit membrum, nemo scit: contra 1. Cor. 13. 5.*

RESPONDEO AD I. Quia Calvinismus necessitatem Baptismi, quam Fidei, minorem statuit ad salutem; ego hic voculam *Baptismum* censui inserendam, hæresi occupandæ, & eliminandæ. De eavide *Luthero-caluo. par. 3. q. 21. & Antichristum p. 3. q. 9. & in Genealogia p. 3. q. 5.* Itaque Calvinista in hoc Pelagianizantem cum Wiclefistis; & Zvinglio.

AD II. S. Scriptura agnoscit distinctionem peccati Mort. & Ven. contra Iouinianistas & Pelagianos nouos. Vide meum *Luthero-caluo. par. 4. q. 4. & in Antichristo p. 4. q. 2. & in Genealogia p. 4. q. 4.* Itaque, Calvinista in hoc Iouinianisant, & Pelagianizant.

Scripturæ ab aduersario citatæ loquuntur omnes de peccatis mort. solis, vt docet *Bellar. l. 1. de amiss. gra. c. 12. §. 4.*

Defini-